



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

63. An absolutio excommunicationis facta virtute Bullae Cruciatæ, aut
Iubilæi, aut alterius privilegii, valeat etiam in foro exteriori? Et an virtute
supradictorum possit Confessarius absolvere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. LXIII.

RESOL. LXIV.

De absolutioe excommunicationis facta virtute Bullæ Cruciatæ, an libere, vel alterius privilegij, valeat etiam in foro exteriori? Et an virtute supradictorum possit Confessarius absolovere excommunicatum extra Sacramentum Pœnitentiæ? Ex p. tract. 9. Ref. 13.

De hac questione ego tractavi in 1. part. tract. 11. resol. 26. vbi pro negatiua sententia addi plures DD. quibus nunci addo Turrianum de censur. lib. 2. disp. 24. dub. 2. & Hurtadum disputat. 1. §. de excomm. difficult. 4. num. 16. quia id est contra rigorem iurisdictionem Ordinariorū, quo Tribunal eorum non parum turbatur, quod non est creandum generali & absoluta concessione concedi, præsertim quando in privilegio dicitur, pro foro tantum contentiose.

Verum præter Medinam & Rodriq. contrariam sententiam docet Suarez disputat. 7. sect. 5. num. 20. & James de la Cruz in direct. cons. 1. part. 2. de excomm. dub. 3. conel. 3. vbi sic ait. Nota quod in Bulla Cruciatæ non petitur quòd absolutio excommunicationis fiat in sacramento Pœnitentiæ, sed quia confessio est prævia ad absolutionem peccatorum, conceditur ibi vt possit eligi Confessarius approbatus pro peccatis, qui etiam possit absolovere ab excommunicatione, & aliis censuris, & valet etiam pro foro exteriori, satisfacta parte, & cessante contentiua, absolutio censurarum facta virtute Bullæ, aut alterius similis indulti. Ita ille & ratio est, quia ex vna parte in dicto privilegio facultas absolvendi absolvetur & absque restrictione conceditur, & ex altera est gratia & liberalis. Ergo non est restringenda & limitanda. Imò addit Suarez, quòd quando in privilegio dicitur in foro tantum conscientia, ea restrictio non additur ex vi illius absolutus non habeatur vt absolutus, & tamen ab excommunicatione in foro exteriori, & contentioso, sed vt iudex possit adhuc de delicto cogitare, & penitentiam foro contentioso accomodatam imponere.

Notandum est tamen hic stando etiam in prima questione, posse iudicem eiusmodi absolutionem accipere, quia in hoc nullum est incommodum, nisi tunc cederet in graue partis detrimentum; cui reus nullatenus satisfacere, cum facile posset; tunc enim huic fieri iniuria. Ita Coninch de Sacram. disputat. 14. dub. 16. num. 27. cui adde Henriquez lib. 8. cap. 60. num. 4. in resol. lib. 1. vbi sic ait. Si iudex est benignus, potest absolvere sic absolutum etiam in foro exteriori. Ita ille. Quod etiam adde Layman tract. 5. part. 1. cap. 7. num. 5. & Aniam de censur. part. 2. cap. 7. disputat. 3. dubitat. 12. in eo disto sequitur. Quod verò asserit Ioannes de la Cruz vbi supra, nempe virtute Bullæ Cruciatæ, & aliorum privilegiorum, posse Confessarium absolovere excommunicatum extra sacramentum pœnitentiæ, hæc ego contra aliquos firmavi in 1. part. tract. 11. resol. 26. & firmat nouissime Hurtado de excommunicat. disputat. 1. difficult. 5. num. 8. & Præpositus in 3. part. cap. 1. de cens. in communi dubitat. 14. numero 105. qui optime notat hanc sententiam esse veram, etiam si in Bulla, seu privilegio dicatur absolutionem esse standam in foro conscientia, vel in foro penitentia, & dicatur, eorum confessionibus diligenter auditis.

An absolutio ab excommunicatione tam à iure, quam ab homine lata, obtenta virtute Bullæ Cruciatæ valeat etiam in foro exteriori?

Et docetur, quòd probabis te esse absolutum, vt iudex credere teneatur.

Et quid est dicendum pro prima difficultate post Constitutionem 105. Urbani VIII. edita anno 1630. die 19. Junij? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 62.

¶ Olim de hoc casu satis dixi, nunc interrogatus de illo à quodam Equite Hierosolymitano, assero pro affirmatiua sententia, præter Doctores à me alibi citatos, stare Bobadillam in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 19. num. 46. & Garziam de Benef. tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 55. Quibus ego addo nouissimè Antonium Scobar in Theolog. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. cap. 3. Probl. 41. num. 586. & Andream Mendo in Bulla Cruciatæ.

1. Probatur primò, quia in Bulla Cruciatæ conceditur potestas absolvendi absque vlla limitatione fori interni: ergo non est à nobis adhibenda, cum beneficium Principis debeat latam habere interpretationem, lege Beneficium ff. de constit. Princip. & lege 28. titul. 34. part. 7. & in dubio debeamus interpretari actum vt pleno valeat quam debiliori, leg. Quoribus la 2. ff. de rebus dubijs. Secundo, cum Pontifex intendit, vt solum pro conscientia foro absolutio, & dispensatio prosit, vt videre est in facultate concessa Episcopis à Tridentino sess. 24. capit. 6. de reformat. & in dispensationibus, quæ à Sacra Pœnitentiaria expediuntur. Cum ergo in Bulla Cruciatæ id non expresse sit, pro vtroque foro processu absolutio debet. Tertio, absolutio pro solo conscientia foro est nimis limitata, & restricta, ita vt nequeat absolutio simpliciter dici: siquidem virtute illius non potest absolutus se publice, & in exteriori foro diuini immiscere, quin possit per Iudicem puniri. At in Bulla Cruciatæ conceditur absolutio à censuris simpliciter, & absolute; ergo de absolutione simpliciter, & absolute intelligenda est.

3. Deinde, quia similis concessio facta fuit à Pio V. in quodam Iubileo anni 1568. die 17. Octobris in alijs Iubileis à Gregorio XIII. & XIV. concessis. Ij enim Pontifices postquam in præfatis Iubileis concesserunt facultatem absolvendi à censuris reservatis, explicarunt huiusmodi absolutionem non processu in foro exteriori, seu contentioso, nisi parti satisfecerint penitentes, quæ proxima verba aperte innuit, talem absolutionem, satisfacta parte, etiam in externo foro valere; ergo similiter cum Cruciatæ absolutionem à censuris concedat, cum partis læsæ satisfactione, & non limitet huiusmodi absolutionem ad forum internum: satis probabiliter asseri potest, etiam parte satisfactoria in exteriori foro valere.

4. At his non obstantibus negatiuum sententiam plures sustinent, quos citat & sequitur Castrus Palaus tom. 4. tractat. 25. punct. 9. num. 9. qui tamen addit, quod est absolutio data à Confessario pro foro exteriori non prosit; sed illa non obstante, possit iudex aduersus absolutum procedere, ac si absolutus non fuisset; tamen si de absolutione fidem faciat, temperandus est rigor in punitione.

6. Quod si roges, qualiter probabis te esse absolutum, vt iudex credere teneatur, affirmat Medina in struel. Confessor. cap. 12. in fine, Rodriguez in addit. ad supradictum §. 9. num. 51. te sufficienter id probare si

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & pro parte in 1. 55 tr. 2. Ref. 20. & in tom. 9. tr. 1. Ref. 246. in fine, & lege 4. penult. & ult. huius Ref. & signanter in to. 3. tr. 2. ex Ref. 64. latè in §. Restat modo, & sequi Sed hic inf. lege 5. Perç ya, huius Ref.

ANÆ
BONIA
II. IV. V
III

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ §. N. c. obstat. ad med. & schedi